Quelle: http://manuscripta.at/?ID=36491
Copyright: Göttweig, Benediktinerstift

guranturː quia reprobos uita mordendo dilaniant. & eos a ue
ritate integritate subducta in sacrificio falsitatis mactant.
Quorum quidem predicatio facile despici ab auditoribus poterat. sed
hanc ante humana iudicia adiunctus potestatum secularium
terror exaltat. Recte ergo dicitur: per gyrum dentium eius formido. id est

L. I. Quid significet quod per gyrum dentium eius formido esse dicitur

iniquos predicatores antichristi perverse huius seculi pregunt pote
states. Nam quos illi appetunt loquendo seducere. multi
potentium student seuiendo terrere. Per gyrum ergo dentium eius
formido est. ac si aperte diceret. idcirco isti perversi predicatores
aliquos suadentes coterunt. quia sunt circa ipsos alii qui infir
mos minentes terrentes affligunt. Quale itaque illud persecutio
nis tempus apparebit. quando ad pervertenda fidelium pietate
alii uerbis seuiunt alii gladiis. Quis enim etiam infirmus leui
athan istius dentes non despiceret. si non eos per circuitum potesta
tum secularium terror muniret. Sed duplici contra illos calidita
te agitur. quia quod eis ab aliis uerbis blandientibus dicitur hoc
ab aliis gladiis ferientibus imperaturː Quae utraque actio id

De potestate equorum et de obliuione

est potentium atque loquatium in iohannis apocalypsi breui est sen
tentia comprehensa qua diciturː Potestas equorum in ore & in cau
dis eorum erat. In ore namque doctorum scientia. in cauda uero
secularium potentia figuratur. Per caudam quippe quae retro est huius
seculi postponenda temporalitas designatur. De qua paulus
apostolus dicit. Unum autem quae retro oblitus. ad ea quae ante sunt
extentus. Retro est enim omne quod transit. ante uero est omne quod
ueniens permanet. Istis ergo equis id est nequissimis predicatori
bus ubique carnali inpulsu currentibus in ore & in cauda
potestas est. quia ipsi quidem perversa suadendo predicant.
sed temporalibus potestatibus fulti per ea se quae retro sunt exaltant.
& quia ipsi apparere despicabiles possunt. ab iniquis
auditoribus suis per eos sibi reuerentiam exigunt. quorum patro
ciniis fulciunturː Unde hic quoque non inmerito per gyrum dentium